

sicut et sacramentorum dependet ex virtute passionis christi ideo addit crucis assignatio. Item ad quod est ordinatum sacramentale hoc exprimitur cum addit ut fias aqua exorcizata / ad effugandam omnem potestatem inimici Et similis forma verborum tangit in exorcizacoe salis ut patet intuitu formalia exorcismorum. Minister vero huius sacramentalis quantum ad materiam consecrandam secundum consuetudinem nunc generaliter observatam in ecclesia est sacerdos quod in ecclesia colligitur ex isto decreto Alexandri pape de consuetudinibus di. iij. c. Aquam sale dispersam diuinis sic patris benedicimus ut ea cuncti aspersi sanctificentur et proficiantur. quod hoc et omnibus sacerdotibus faciendum esse mandamus. Hec ille. Ecce quod benedictionis et sanctificationis huius aquae ministerium ipso decreto semel sacerdotibus demandatur

¶ De effectu et utilitate aquae La. v. Institutione materie / forme ac ministerii huius sacramenti suemeter ostensa / circa effectum et eius utilitatem iam aliquid videndum est. Est siquidem aqua benedicta diuinorum consecrata sermonum aptitudine / et similitudine diuine